



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz


Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum S. Jacobi Apost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

tibi peccata. Luc. 7. v. 49. I. Nec
 quantitas criminis. II. Nec brevi-
 tas temporis. III. Nec horæ extre-
 mitas. IV. Nec vitæ enormitas, si
 vera fuerit contritio, excludit à venia.
 S. Cyprian. serm. de Cœna Domini.



FESTUM S. JACOBI Apost.

Oratio.

THESIS I. *Petens aliquid ab eo.*
 Matth. 20. v. 20. Homines so-
 lummodo faciunt gratiam dando, Deus
 verò facit gratiam non solum dando,
 sed etiam *Negando*, quamvis etiam ne-
 gando det; Hinc Christus non dixit:
Pecite, & accipietis hoc ipsum, quod pe-
titis, sed petite, & accipietis; neque
dicit: Omnis, qui petit, accipit id,
quod petit, sed: omnis, qui petit, acci-
pit; & quid accipit? hoc ipsum, quod
Deus ipsi novit utilissimum. Anton.
Vieira. part. 1. ser. 4. post Dom. 2. Qua-
drag.

Ambitio.

THESIS II. *Dic, ut sedeant.* Matth.
 20.

20. v. 21. Absalon, exemplum Ambitiosorum, tribus lanceis in cor adactis, perijt. In cor excedis, inquit S. Chrysostomus, tres sagittas infixit Joab, ibi eum feriens, ubi erat receptaculum iniquitatis. In tribus hisce lanceis considero ego tres singulares plagas, quæ pectus ambitiosum afficiunt.

I. Prima est: quod Ambitiosus perdat id, quod maximè desiderat, scilicet *Commoda Temporalia corporis*. II. Secunda, quod perdat *Quietem Animæ*, quæ est secunda plaga. III. Tertia, quod perdat sæpe *Salutem Animæ*. Sic & Parricida Absalon in valle Regis titulum statuit, & projectus est (in saltu in foveam) cum esset interemptus. S. Ambrosius.

THESIS III. Dic, ut sedeant hi *solicitudine* duo filij mei. Matth. 20. v. 21. Et si error, Pietatis tamen error est, inquit S. Ambrosius. de *Solicitudine Matrum* lege in Breviar. fer. 6. hebd. 3. Quadrages. I. Est enim *Solicitudo*, quæ decet. II. Est *Solicitudo*, quæ prodest. III. Et est *Solicitudo*, quæ nocet.

*Oratio
non exau-
dita.*

THESIS. IV. *Petens aliquid*
ab eo. Matth. 20. v. 20. Causæ quin-
que sunt non exauditaæ sæpe Oratio-
nis. I. Defectus Fiduciæ. II. Quia
non petimus, quæ convenit. III.
Quia non Ferventer petimus. IV.
Quia fortè in Peccatis. V. Quia for-
tè Noxia. *Faber Conc. 4. Dom. 5. post
Pascha.*

*Calix du-
plex.*

THESIS V. *Potestis bibere calicem,*
Matth. 20. v. 22. Calices duos tener
Christus. Unum sinistra, dexterâ al-
terum; *Irâ Dei continet ille; Passio-
nem hic.* I. Ad primum neminem in-
vitat, nec vult ab hominibus sorberi,
illis enim non paratus est, sed Diabo-
lo, & Angelis ejus; *Ignis enim & sul-
phur pars calicis eorum.* II. Ad secun-
dum scilicet Passionis invitat omnes.
Verùm ô perditas Mortalium mentes!
poratores innumeros sinistra habet; ra-
rus est, qui dexteræ poculum sumat,
dicatque Salvatori: Bibere volumus,
quod bibisti. *Zacharias Lexoviensis.*

Triplex.

THESIS VI. *Potestis bibere ca-
licem.* Matth. 20. v. 22. Deus tres ca-
lices habet, juxta illa verba: *Quia ca-
lix in manu Domini vini meri &c. Pl. 47.
l. Pri-*

I. Primus est *Vini meri*, qui repræsentat consolationes cœli. II. Secundus est *Vini mixti, plenus mixto*, qui indicat afflictiones hujus vitæ mixtas consolationibus. III. Tertius est *Fœcis, fœx ejus non est exinanita*, & iste est calix Damnantorum.

THESIS VII. *Dic, ut sedeant. Ambitio.*

Matth. 20. v. 21. Beneficia, & sæculi dignitates ambire non debent. I. Qui Digni non sunt. II. Qui Digni sunt. III. Qui Digniores sunt. Quia honor debet te sequi, non tu honorem. *La Selve Dom. Palmar.*

THESIS VIII. *Dic, ut sedeant.*

Matth. 20. v. 21. Nocivum studium exaltandi familiam suam ex ambitione, & malis artibus. *Vide Paul. Segneri feria 4. post Dom. 2. Quadrag.*

THESIS IX. *Dic, ut sedeant.*

Matth. 20. v. 21. I. Sapientia Christianorum est Fugere gloriam, & Mereri. II. Stultitia Mundi est, Quære gloriam, & non Mereri. *Diction. Apostolic. verb. Gloria.*